eſt 26270. & maxima AK 45190. ſed quarum ſemidiameter orbis magni eſt pars vna, earum AL eſt 15′.46″. & AK 27′.7″.

Hæc de Dimenſionibus Sphærarum Mundi iuxta ſententiam Copernici, & calculum Tabularum Prutenicarum.

ISAIÆ. XL.

Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte quis creauerit iſta. Dominus eſt, *qui educit in numerum exercitum earum, & omnes illas ſtellas ex nomine vocat: præ multa fortitudine, & forti potentia ne vnum quidem deeſt.*

PSAL. CXLVIII.

Laudate DOMINVM *de cœlis: laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes exercitus eius. Laudate eum Sol & Luna: laudate eum omnes ſtellæ lucentes. Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ, quæ ſuper cœlos ſunt. Laudate nomen* DOMINI, *quia ipſe mandauit, & creata ſunt. Statuit ea in ſeculum, & in ſeculum ſeculi præceptum* illis *poſuit, & non præteribit.*

FINIS.